Incipit epl'a pauli ad romanos.

I Paulus seruus ihu
xpi. uocat apls se
gregatus in euan
gelium dei. quod
ante promiserat p prophas su
os in scripturis scis de filio suo.
q factus est ei ex semine dauid se
cundu carne. q predestinat est
filius dei in uirtute. sedm spm
scificationis. ex resurrectione
mortuoru. ihu x dni nri. p que
accepimus gram ⁊ aplatu ad o
bediendu fidei in omnib gentib
pro nomine eius. in quib estis
⁊ uos uocati dni nri ihu xpi.
omnib q sunt rome dilectis
dei uocatis scis. gra uob ⁊ pax
a deo patre nro ⁊ dno ihu xpo. Pri
mu quide gras ago deo meo per
ihm xpm pro omib uob. q fides
ura annutiat in uniuso mudo.
Testis enim michi est deus cui seruio
in spu meo. in eugelio filii ei.
q sine intermissione memoria
uri semper facio in orationib
meis. obsecrans si quomodo tan
dem aliqn prosperu iter habea
in uoluntate dei ueniendi ad
uos. Desidero enim uidere uos ut
aliquid uobis impartiar gratie
spualis. ad confirmandos uo
id est simul consolari in uobis
per eam que inuice e fide uram

atq meam. Nolo aut uos igno
rare fratres. q sepe proposui u
enire ad uos. ⁊ prohibit sum
usq ad huc. ut aliquem fructu
habeam in uobis. Sicut ⁊ in ce
teris gentib. grecis ac barbaris.
sapientib ⁊ insipientib debi
tor sum. Ita qd in me promptu 98
est. ⁊ uobis qui rome estis eua
gelizare. Non enim erubesco eua
geliu. uirtus dei enim est in sa
lute omi credenti. iudeo pmu et
greco. Justicia enim dei in eo reue
latur ex fide in fide. sicut scrip
tum est. Justus aut ex fide uiu.
Reuelatur enim ira dei de celo sup
omne impietate ⁊ iniusticiam
hom eoru qui ueritate di i ius
ticia detinent. q illud quod noti
est dei. manifestu est in illis. de
us enim illis manifestauit. Inuisi
bilia enim ipsius a creatura mun
di. per ea que fca sunt intellecta
conspiciunt. Sepiterna quoq
eius uirtus ⁊ diuinitas. ita ut
sint inexcusabiles. Quia cum
cognouissent deu. no sicut de
um glificauerut. aut gras ege
runt. Sed euanuerut in cogita
cionib suis. ⁊ obscuratu e insipi
ens cor eoru. dicentes ei se e sa
pientes. stulti fci sunt. Et mu
tauerunt gliam incorruptibil
dei. in similitudine ymagis

corruptibilis hominis et volucrum
et quadrupedum et serpentium. Propter
quod tradidit illos deus in deside
ria cordis eorum in immunditiam:
ut in contumeliis afficiant cor
pora sua in semetipsis. qui commu
taverunt veritatem dei in mendacium
et coluerunt et servierunt creature
potius quam creatori: qui est benedictus
in secula amen. Propterea tradidit
illos deus in passiones ignominie.
Nam femine eorum immutaverunt
naturalem usum in eum usum qui est
contra naturam. Similiter autem et
masculi relicto naturali usu
femine exarserunt in desideriis
suis in invicem. masculi in mas
culos turpitudinem operantes.
et mercedem quam oportuit erroris
sui in semetipsis recipientes. et
sicut non probaverunt deum ha
bere in notitia. tradidit illos deus
in reprobum sensum: ut faciant
ea que non conveniunt. Repletos
omni iniquitate. malitia. fornica
tione. avaritia. nequitia. plenos
invidia. homicidiis. contentione.
dolo. malignitate. susurrones.
detractores. deo odibiles. contume
liosos. superbos. elatos. invento
res malorum: parentibus non obedi
entes. insipientes. incompositos.
sine affectione. absque federe. sine
misericordia. Qui cum iustitiam dei cog

novissent non intellexerunt. Quoniam qui
talia agunt digni sunt morte.
Non solum qui faciunt ea: sed etiam
qui consentiunt facientibus. Prop II
ter quod inexcusabilis es o homo
omnis qui iudicas. In quo enim iudicas
alterum teipsum condempnas: Sci — Eadem enim agis que iudicas.
mus enim quoniam iudicium dei est secundum
veritatem in eos qui talia agunt.
Existimas autem hoc o homo qui
iudicas eos qui talia agunt et fa
cis ea. quod tu effugies iudicium
dei? An divitias bonitatis eius
et patientie et longanimitatis con
temnis? ignoras quoniam benignitas
dei ad penitentiam te adducit? Se
cundum duritiam autem tuam et impe
nitens cor thesaurizas tibi iram
in die ire et revelationis iusti iu
dicii dei. qui reddet unicuique secundum
opera eius. His quidem qui secundum
patientiam boni operis gloriam
et honorem et incorruptionem que
runt vitam eternam. His autem qui sunt
ex contentione et qui non acqui
escunt veritati: credunt autem iniqui
tati. ira et indignatio. tribulatio
et angustia in omnem animam hominis
operantis malum. iudei primum et
greci. Gloria autem et honor et pax
omni operanti bonum. iudeo pri
mum et greco. Non est enim personarum
acceptio apud deum. Quicumque
enim sine lege peccaverunt: sine

lege peribunt. Et quicumque in lege
peccaverunt: per legem iudicabuntur.
Non enim auditores legis iusti apud
deum sunt. sed factores legis iusti
ficabuntur. Cum enim gentes que
legem non habent. naturaliter que legis
sunt faciunt. eiusmodi legem non haben
tes. ipsi sibi sunt lex. qui ostendunt
opus legis scriptum in cordibus
suis: testimonium illis reddente con
scientia ipsorum. et inter se invicem
cogitationum accusantium. aut eti
am defendentium. in die cum iudica
bit dominus occulta hominum. secundum e
vangelium meum per ihesum christum. Si
autem tu iudeus cognominaris.
et requiescis in lege: et gloriaris in deo.
et nosti voluntatem eius: et probas
utiliora instructus per legem. confi
dis te ipsum ducem esse cecorum. lumen
eorum qui in tenebris sunt: eruditor
em insipientium. magistrum infantium.
habentem formam scientie et veritatis in
lege. Qui ergo alium doces. te ipsum
non doces: Qui predicas non fur
andum furaris: Qui dicis non me
chandum mecharis: Qui abhomina
ris idola. sacrilegium facis: Qui
in lege gloriaris. per prevaricati
onem deum inhonoras: Nomen enim
dei per vos blasphematur inter
gentes sicut scriptum est. Circumci
sio quidem prodest si legem custodias.
Si autem prevaricator legis sis:

ca

legis

circumcisio tua preputium facta est.
Si igitur preputium iustitias legis cus
todiat: nonne preputium illius
in circumcisionem reputabitur? Et
iudicabit quod ex natura est
preputium legem consummans
te qui per litteram et circumcisio
nem prevaricator legis es. Non
enim qui in manifesto iudeus est:
neque in manifesto in carne circum que
cisio est. Sed qui in abscondito
iudeus. et circumcisio cordis. in spiritu est
non littera: cuius laus non ex
hominibus sed ex deo est.

Quid ergo amplius est iudeo. III
aut que utilitas circumcisionis?
multum per omnem modum. Pri
mum quidem quia credita sunt illis
eloquia dei. Quid enim si quidam
illorum non crediderunt. Numquid
incredulitas illorum fidem dei eva
cuavit: Absit. Est autem deus verax.
omnis autem homo mendax. sicut
scriptum est. Ut iustificeris in ser
monibus tuis: et vincas cum iudi
caris. Si autem iniquitas nostra
iustitiam dei commendat quid di
cemus? Numquid iniquus est deus
qui infert iram. Secundum homi
nem dico. quod absit. Alioquin
quomodo iudicabit deus hunc
mundum? Si enim veritas in meo dei
mendacio habundavit in gloriam
ipsius. quid adhuc et ego tamquam

peccator iudicor. Et non sicut blasphemamur. et sicut aiunt quidam nos dicere. faciamus mala ut veniant bona. quorum dampnatio iusta est. Quid igitur precellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam. non est intelligens. non est requirens deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum. linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione plenum et amaritudine plenum est. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum. et viam pacis non cognoverunt. non est timor dei ante oculos eorum. [Scimus autem quoniam quecumque lex loquitur] his qui in lege sunt loquitur. ut omne os obstruatur. et subditus fiat omnis mundus deo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est. testificata a lege et prophetis. Iustitia autem dei per fidem ihesu christi [in omnes et] super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius per [et] redemptionem que est in christo ihesu. Quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitie sue propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione dei ad ostensionem iustitie eius in hoc tempore. ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est ihesu christi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? non. sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nonne et gentium? Immo et gentium. Quoniam quidem unus deus est qui iustificat circumcisionem ex fide. et preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. sed legem statuimus.

Quid ergo dicemus invenisse abraham patrem nostrum secundum carnem. Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est. habet gloriam. sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit abraham deo. et reputatum est ei ad iustitiam. Ei autem qui operatur. merces non imputatur secundum gratiam. sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur. credenti autem in eum qui iustificat impium. IIII

reputatur fides eius ad iustitiam
secundum propositum gratie dei. Sicut et
dauid dicit. Beatitudinem homi-
nis cui deus accepto fert iustitiam
legis. sine operibus. Beati quorum remisse
sunt iniquitates. et quorum tecta
sunt peccata. Beatus uir cui non
imputabit dominus peccatum. Beatitu-
tantum do ergo hec in circumcisione manet.
an etiam in preputio? Dicimus
enim quia reputata est abrahe fides
ad iustitiam. Quomodo ergo repu-
non in circumcisione sed in preputio tata est? in circumcisione. an in pre-
putio? Et signum accepit circumcisi-
onis. signaculum iustitie fidei
que est in preputio. ut sit omnium
patrem credentium per preputium. ut rep-
utetur et illis ad iustitiam. et sit pater
circumcisionis. Non his tantum qui sunt
ex circumcisione. sed et his qui sectan-
tur uestigia fidei. que est in prepu-
tio patris nostri abrahe. Non enim per le-
gem promissio abrahe. aut semini
eius. ut heres esset mundi. sed per
iustitiam fidei. Si enim qui ex lege
heredes sunt. exinanita est fides.
abolita est promissio. Lex enim
iram operatur. Ubi enim non est lex.
nec preuaricatio. Ideo ex fide ut
secundum gratiam. firma sit promissi-
o omni semini. non tantum ei qui ex le-
solum ge est. sed et ei qui ex fide est abrahe.
qui est pater omnium nostrum sicut scriptum
est. quia patrem multarum gentium

posui te ante deum cui credidit.
qui uiuificat mortuos. et uocat
ea que non sunt tamquam ea que sunt.
Qui contra spem in spem credidit.
ut fieret pater multarum gentium secundum
quod dictum est ei. Sic erit seme-
tuum sicut stelle celi. et sicut hare-
na maris. Et non infirmatus est quia erat uelut
in fide. nec considerauit corpus emortuum
suum emortuum cum fere centum iam
annorum esset. et emortuam uul-
uam sare. In repromissione etiam
dei. non hesitauit diffidentia. Sed
confortatus est fide. dans gloriam
deo plenissime sciens. quia que-
cumque promisit. potens est et fa- deus
cere. Ideo et reputatum est ei ad ius-
titiam. Non est autem scriptum
tantum propter ipsum. quia reputatum est illi
ad iustitiam. Sed et propter nos quibus
reputabitur credentibus in eum. qui
suscitauit ihesum christum dominum no-
strum a mortuis. qui traditus est
propter delicta nostra. et resurrexit
propter iustificationem nostram.
Iustificati ergo ex fide pacem ha- V
beamus ad deum per dominum
nostrum ihesum christum. per quem ac-
cessum habemus per fidem in gra-
tiam istam. in qua stamus. et glori-
amur in spe glorie filiorum dei.
Non solum autem sed et gloriamur
in tribulationibus. scientes
quod tribulatio patientiam operatur.

Non solum autem sed et gloriamur in spe
glorie filiorum dei.

Patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem suam caritatem deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed et gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur cum lex non esset. Sed regnavit mors ab adam usque ad moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis ade, qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. Et non sicut per unum peccantem ita et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condempnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratie et donationis et iustitie accipientes in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condempnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem iusti constituentur multi. Lex autem subintravit ut habundaret delictum. Ubi autem habundavit delictum, superhabundavit et gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per iustitiam in vitam eternam per Iesum Christum dominum nostrum.

VI Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia habundet? Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? An ignoratis fratres quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

Epistola dominice sexte post pentecosten

Fratres quicumque baptizati sumus

Consepulti enim sumus cum illo
per baptismum in mortem. ut quo
modo surrexit xpistus a mortuis per
gloriam patris. ita et nos in nou
itate uite ambulemus. Si enim
complantati facti sumus simili
tudini mortis eius. simul et res
urrectionis erimus. Hoc scientes
quia uetus homo noster simul crucifixus
est. ut destruatur corpus peccati. ut
ultra non seruiamus peccato. Qui
enim mortuus est iustificatus est
a peccato. Si autem mortui sumus
cum xpisto. credimus quia simul etiam
uiuemus cum eo. Scientes quia xpistus
resurgens a mortuis iam non mori
tur. mors illi ultra non dominabitur. Quod
enim mortuus est peccato mortuus
est semel. quod autem uiuit uiuit
deo. Ita et uos existimate uos mor
tuos quidem esse peccato uiuentes autem
deo in xpisto ihesu domino nostro. Non ergo
regnet peccatum in uestro mortali cor
pore. ut obediatis concupiscen
tiis eius. Sed neque exhibeatis mem
bra uestra arma iniquitatis peccato. sed
exhibete uos deo tamquam ex mor
tuis uiuentes. et membra uestra ar
ma iustitie deo. Peccatum enim uobis
non dominabitur. Non enim sub lege
estis sed sub gratia. Quid ergo? pecca
bimus quia non sumus sub lege sed
gratia? Absit. An nescitis quoniam cui
exhibetis uos seruos ad obediendum
serui estis cui obedistis. siue peccati
ad mortem siue obeditionis ad
iustitiam. Gratias autem deo quod fu
istis serui peccati. obedistis autem
ex corde in eam formam doctrine in
qua traditi estis. Liberati autem
a peccato serui facti estis iustitie.
Humanum dico propter infirmitatem
carnis uestre. Sicut enim exhibui
stis membra uestra seruire inmunditie
et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc
exhibete membra uestra seruire iusti
tie in sanctificationem. Cum enim serui esse
tis peccati. liberi fuistis iustitie.
Quem ergo fructum habuistis tunc in il
lis in quibus nunc erubescitis? Nam
finis illorum mors est. Nunc uero li
berati a peccato. serui autem facti deo.
habetis fructum uestrum in sanctificatio
nem. finem uero uitam eternam. Sti
pendia enim peccati mors. Gratia autem
dei uitam eternam in xpisto ihesu do
mino nostro.

VII

An ignoratis fratres. scientibus
enim legem loquor. quia lex in homine
dominatur quanto tempore uiuit.
Nam que sub uiro est mulier.
uiuente uiro alligata est legi.
Si autem mortuus fuerit uir eius.
soluta est a lege uiri. Igitur ui
uente uiro uocabitur adultera si
fuerit cum alio uiro. Itaque fratres
mei. Si autem mortuus fuerit uir
eius. liberata est a lege uiri. ut

non sit adultera si fuerit cum alio
uiro. Itaque fratres mei et uos m
ortificati estis legi per corpus christi
ut sitis uos alterius qui ex mor
tuis resurrexit ut fructificetis
deo. Cum enim essemus in carne pas
siones peccatorum que per legem e
rant operabantur in membris nostris
ut fructificarent morti. Nunc autem
soluti sumus a lege mortis in
qua detinebamur. ita ut serui
amus in nouitate spiritus et non
in uetustate littere. Quid ergo
dicemus? lex peccatum est? absit. Sed
peccatum non cognoui nisi per le
gem. Nam concupiscentiam nesciebam
nisi lex diceret non concupisces.
occasione autem accepta peccatum
per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. Sine lege
enim peccatum mortuum erat. Ego autem
uiuebam sine lege aliquando. Sed cum
uenisset mandatum peccatum re
uixit. Ego autem mortuus sum.
et inuentum est michi mandatum quod e
rat ad uitam hoc esse ad mortem.
Nam peccatum occasione accep
ta per mandatum seduxit me. et
per illud occidit. Itaque lex quidem
sancta et mandatum sanctum et iustum et bo
num. Quod ergo bonum est mi
chi factum est mors? absit. Sed peccatum
ut appareat peccatum per bonum
operatum est michi mortem. ut

super modum peccans peccatum per man
datum. Scimus enim quia lex spiri
tualis est. ego autem carnalis sum
uenumdatus sub peccato. Quod
enim operor non intelligo. Non
enim quod uolo hoc ago. sed quod
odio id facio. Si autem quod
nolo id facio. consentio legi quo
niam bona est. Nunc autem iam non
ego operor id sed quod habitat in
me peccatum. Scio enim quia non habi
tat in carne mea bonum. Nam
uelle adiacet michi. perficere autem
bonum non inuenio. Non enim
quod uolo bonum hoc facio. sed quod no
lo malum hoc ago. Si autem quod
nolo id facio. non ego operor
id. sed quod habitat in me peccatum.
Inuenio igitur legem uolenti mi
chi facere bonum. quoniam michi malum
adiacet. Condelector enim legi dei
secundum interiorem hominem. Video autem
aliam legem in membris meis re
pugnantem legi mentis mee. et
captiuantem me in lege peccati
que est in membris meis. Infelix
ego homo. quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Gratia dei per ihesum
christum dominum nostrum. Igitur ego ipse
mente seruio legi dei carne autem
legi peccati.

VIII

Nichil ergo nunc dampnationis
est hiis qui sunt in christo ihesu. qui non secundum
carnem ambulant. lex enim spiritus

uite in christo ihesu liberavit me a le
ge peccati et mortis. Nam quod impos
sibile erat legi in quo infirma
batur per carnem: deus filium suum
mittens in similitudine carnis pec
cati et de peccato dampnavit peccatum et
in carne: ut iustificatio legis im
pleretur in nobis. qui non secundum car
nem ambulamus: sed secundum spi
ritum. Qui enim secundum carnem sunt:
que carnis sunt sapiunt. Qui
vero secundum spiritum: que sunt spi sunt
ritus sentiunt. Nam prudentia
carnis mors est: prudentia vero
spiritus: vita et pax. Quoniam prudentia
carnis: inimica est deo. Legi enim
dei non est subiecta: nec enim potest.
Qui autem in carne sunt: deo pla
cere non possunt. Vos autem in car
ne non estis: sed in spiritu. si tamen
spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem
spiritum christi non habet: hic non est eius. Si
autem christus in vobis est: corpus
quidem mortuum est propter peccatum: spiritus
vero vivit propter iustificationem.
Quod si spiritus eius qui suscitavit
ihesum a mortuis habitat in vobis
qui suscitavit ihesum christum a mortu
is: vivificabit et mortalia corpora
vestra propter inhabitantem spiritum eius in
vobis. Ergo fratres debitores sumus
non carni: ut secundum carnem vivamus.
Si enim secundum carnem vixeritis:
moriemini. Si autem spiritu facta

carnis mortificaveritis: vive
tis. Quicumque enim spiritu dei aguntur:
hii filii sunt dei. Non enim accepi
stis spiritum servitutis iterum in ti
more: sed accepistis spiritum adop
tionis filiorum in quo clamamus
abba pater. Ipse enim spiritus testi
monium reddit spiritui nostro: quod sumus filii reddit
dei. Si autem filii et heredes. heredes
quidem dei: coheredes autem christi.
Si tamen compatiamur: ut et simul
glorificemur. Existimo enim quod non
sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriam: que
revelabitur in nobis. Nam expec
tatio creature: revelationem
filiorum dei expectat. Vanitati enim
creatura subiecta est non volens:
sed propter eum qui subiecit eam in spe.
Quia et ipsa creatura liberabitur
a servitute corruptionis: in liber
tatem glorie filiorum dei. Scimus
enim quod omnis creatura inge
miscit et parturit usque adhuc.
Non solum autem illa sed et nos ip
si primitias spiritus habentes et
ipsi intra nos gemimus adoptionem
filiorum dei: expectantes reve
lationem corporis nostri. Spe enim
salvi facti sumus. Spes autem que
videtur non est spes. Nam quod
videt quis: quid sperat? Si autem
quod non videmus speramus:
per patientiam expectamus. Simi

autem et spiritus adiuuat infir
mitatem nostram. Nam quid oremus sic
oportet nescimus. sed ipse spiri
tus postulat pro nobis gemiti
bus inenarrabilibus. Qui autem scru
tatur corda scit quid desideret
spiritus. quia secundum deum postu
lat pro sanctis. Scimus autem quoniam
diligentibus deum omnia coope
rantur in bonum. hijs qui secundum pro
positum uocati sunt sancti. Nam quos
presciuit et predestinauit conformes
fieri imaginis filij sui. ut
sit ipse primogenitus in multis
fratribus. Quos autem predestina
uit. hos et uocauit. Et quos uoca
uit. Et quos uocauit hos et ius
tificauit. Quos autem iustificauit
illos et magnificauit. Quid er
go dicemus ad hec. Si deus pro
nobis. quis contra nos. Qui etiam
proprio filio suo non pepercit. sed
pro nobis omnibus tradidit il
lum. Quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donauit. Quis ac
cusabit aduersus electos dei.
Deus qui iustificat. quis est qui
condempnet. Christus qui mortuus
est immo qui et resurrexit. qui est
ad dexteram dei. qui etiam inter
pellat pro nobis. Quis ergo nos
separabit a caritate Christi.
tribulatio. an angustia. an per
secutio. an fames. an nuditas.

an periculum. an gladius. sicut
scriptum est. Quia propter te mortifica
mur tota die. estimati sumus ut
oues occisionis. Sed in hijs omnibus
superamus propter eum qui dilexit
nos. Certus sum enim quia neque
mors neque uita. neque angeli neque
principatus. neque uirtutes.
neque instantia neque futura. neque
fortitudo neque altitudo. neque profun
dum. neque creatura alia poterit
nos separare a caritate dei. que
est in Christo Ihesu domino nostro.

Ueritatem enim dico in Christo Ihesu. non IX
mentior. testimonium michi per
hibente conscientia mea in spiritu
sancto. Quoniam tristitia est michi ma
gna. et continuus dolor cordi
meo. Optabam enim ego ipse a
nathema esse a Christo pro fratribus
meis. qui sunt cognati mei secundum
carnem qui sunt israelite. quorum
adoptio est filiorum et gloria et testa
mentum. et legis latio et obsequium
et promissa quorum patres ex quibus
Christus secundum carnem qui est super omnia
deus benedictus in secula amen.
Non autem quod exciderit uerbum
dei. Non enim omnes qui ex israel hij
sunt israelite. neque qui semen sunt
abrahe. omnes filij sunt abrahe.
sed in ysaac uocabitur tibi semen.
Id est non qui filij carnis hij
sunt filij dei. sed qui filij sunt

promissionis estimantur in semine.
Promissionis enim verbum hoc est.
secundum hoc tempus veniam. et
erit Sare filius. Non solum autem illa
sed et Rebecca ex uno concubitu habens
Isaac patris nostri. Cum enim nondum
nati fuissent. aut aliquid egissent
boni aut mali: ut secundum electionem
propositum dei maneret. non ex operibus: sed ex vocante dictum est ei.
quia maior serviet minori sicut scriptum est. Iacob dilexi. Esau autem
odio habui. Quid ergo dicemus.
numquid iniquitas apud deum? Ab
sit. Moysi enim dicit. Miserebor cui
misereor. et misericordiam prestabo cui
miserebor. Igitur non volentis
neque currentis. sed miserentis est
dei. Dicit enim scriptura pharaoni.
quia in hoc ipsum excitavi te ut ostendam in te virtutem meam.
et ut annuntietur nomen meum in
universa terra. Ergo cuius vult miseretur. et quem vult indurat. Dicis itaque michi. Quid adhuc queritur.
Voluntati enim eius quis resistit.
O homo tu quis es qui respondeas deo.
Numquid dicit figmentum ei qui
se finxit. Quid me fecisti sic. An
non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas
in honorem. aliud vero in contumeliam. Quod si volens deus ostendere iram suam: et notam facere

(margin: geminos filios; in te; luti)

potentiam suam. sustinuit in
multa patientia vasa ire apta
in interitum. ut ostenderet divitias glorie sue in vasa misericordie. que
preparavit in gloriam. quos
et vocavit non solum ex iudeis sed
etiam ex gentibus. sicut in osee
dicit. Vocabo non plebem meam
plebem meam: et non dilectam meam dilectam: et non misericordiam
consecutam. misericordiam consecutam.
Et erit in loco ubi dictum est: non
plebs mea vos. ibi vocabuntur
filii dei. Ysaias autem clamat pro
israel. Si fuerit numerus filiorum
israel tamquam harena maris: reliquie salve fient. Verbum enim consummans et abbrevians in equitate
quia verbum breviatum faciet
dominus super terram. et sicut predixit
Ysaias. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen: sicut Sodoma facti essemus. et sicut Gomorra similes fuissemus. Quid ergo
dicemus? Quia gentes que non sectabantur iustitiam: apprehenderunt
iustitiam. Iustitiam autem que ex
fide est. Israel vero sectando legem
iustitie: in legem iustitie non
pervenit. Quare? Quia non ex
fide sed ex operibus. Offenderunt
enim in lapidem offensionis
sicut scriptum est. Ecce pono in Syon lapidem offensionis et petram

(margin: i. mea; eis; nimis; omnes; N; quia)

scandali · et omnis qui credit
X in eum non confundetur. Fratres,
voluntas quidem cordis mei et
obsecratio ad deum fit pro illis in
salutem. Testimonium enim perhi-
beo illis quod emulationem dei non
habent sed non secundum scientiam. Igno-
rantes enim dei iustitiam, et suam
volentes constituere, iustitie dei
non sunt subiecti. Finis enim legis
Christus ad iustitiam omni credenti.
Moyses enim scripsit, quoniam ius-
titiam que ex lege est qui fecerit
homo vivet in ea. Que autem
ex fide est iustitia sic dicit: Ne
dixeris in corde tuo quis ascen-
det in celum, id est Christum deduce-
re. Aut quis descendet in ab-
yssum, hoc est Christum ex mortuis
revocare. Sed quid dicit scriptura?
Prope est verbum in ore tuo et
in corde tuo: hoc est verbum fidei
quod predicamus. Quia si con-
fitearis in ore tuo dominum Iesum
et in corde tuo credideris quod deus
illum excitavit a mortuis, a mor-
tuis salvus eris. Corde enim
creditur ad iustitiam, ore autem
confessio fit ad salutem. Dicit
enim scriptura: Omnis qui cre-
dit in illum non confundetur.
Non est enim distinctio iudei
et greci. Nam idem dominus omnium
dives in omnes qui invocant

illum. Omnis enim quicumque in-
vocaverit nomen domini salvus erit.
Quomodo ergo invocabunt in quem
non crediderunt? Aut quomodo
credent ei quem non audierunt?
Quomodo autem audient sine
predicante? Quomodo vero pre-
dicabunt nisi mittantur? Sicut
scriptum est: Quam speciosi pedes
evangelizantium pacem, evangeli-
zantium bona. Sed non omnes obe-
diunt evangelio. Ysaias autem
dicit: Domine, quis credidit auditui
nostro? Ergo fides ex auditu, au-
ditus autem per verbum dei. Sed dico:
numquid non audierunt? Et quidem
in omnem terram exivit sonus
eorum, et in fines orbis terre ver-
ba eorum. Sed dico: numquid Israel
non cognovit? Primus Moyses
dicit: Ego ad emulationem vos
adducam in non gentem, in gen-
tem insipientem in iram vos mit-
tam. Ysaias autem audet et dicit:
Inventus sum non querentibus
me, palam apparui his qui
me non interrogabant. Ad Israel
autem dicit: Tota die expandi
manus meas ad populum non
credentem et contradicen-
tem michi. Dico ergo: numquid XI
repulit deus hereditatem suam?
Absit. Nam et ego israhelita sum ex
semine Abraham de tribu Beniamin

uum. Non repulit deus plebē su
am quā presciuit. An nescitis in
helya quid dicit scriptura. q'ad
modum interpellat deum adu's
isrl'. Dñe prophetas tuos occide
runt. altaria tua suffoderunt.
& ego relictus sum solus. & q'rūt
animam meam. Sz quid illi di
cit responsum diuinū. Reliq'
mi septē milia uiro2 qui nō cur
uauerūt genua añ baal. Sic g' (k sua)
& in hoc tempore reliq'e scdm elec
tionē gr'e dei salue fcē sunt. Si
autē grā dei iam nō ex operib3. ali
oquin grā. iā non est grā. Qd
ergo quod querebat isrl' hoc
non est consecutus. electio aūt
consecuta est. Ceteri uero exce
cati fuerunt sicut scriptū est.
Dedit illis deus spm cōpunc
tionis. oculos ut nō uideant.
usq; in hodiernū diem. Et dd (& aures ut nō audiant)
dicit. Fiat mēsa eorum coram
ipsis in laqueum & in captionē
& in scandalum: & in retribucō
illis. Obscurent' oculi eorū ne
uideant. & dorsum eorū semp
incurua. Dico ergo. nūq'd sic
offenderunt ut caderent. Ab
sit. Sz illorum delicto salus ē
gentib3: ut illos emulent'.
Quod si delictū eorū diuitie ē
mundi: & diminutio eo2 diui
tie gentiū: q̄nto magis ple

nitudo eorum. Vobis enī dico gē
tib3. Quamdiu quidē ego sū
gentiū apls: mīnsteriū meū
honorificabo. Si quomō ade
mulandū prouocē carnem
meam: & saluos faciam ali
quos ex illis. Si enī amissio
illorum reconciliacō est mū
di: que assumptio nisi uita
ex mortuis. Quod si delibacō
scā est: & massa. & si radix scā
& rami. Quod si aliq' ex ramis (fracti)
fc̄i sunt: tu autē cum oleaster
ees insertus es in illis: & soci
radicis & pinguedinis oliue
factus es. Noli gloriari aduersus
ramos. Quod si gloriaris: n̄
tu radicem portas sz radix te. (fracti)
Dicis ergo. fc̄i sunt ut ego inse (rami)
rar. Bene. propter incredul
tatem fc̄i sunt: tu autē fide (fracti)
stas. Noli altum sapere: sz
time. Si enī deus naturalibus
ramis non pepercit: ne forte n̄
tibi parcat. Vide ergo bonitatē
& seueritatem dei. In eos quidē
qui ceciderunt seueritatē: in te
autem bonitatē. si pmanseris (dei)
in bonitate. Alioq'n & tu excide
ris. Sz & illi si nō pmanserint
in incredulitate: inserentur.
Potens est enim deus iterum
inserere illos. Si enī tu ex n̄
li excisus es oleastro: & contra

naturam insertus es in bonam
oliuam. quanto magis hii qui se-
cundum naturam inserentur sue oli
ue. Nolo enim uos ignorare fra
tres misterium hoc ut non sitis uobis
met ipsis sapientes. quia cecitas
ex parte contigit in israel. donec
omnis plenitudo gentium intra
ret. et sic omnis israel saluus fie
ret sicut scriptum est. Veniet ex
syon qui eripiat et auertat im
pietatem ex iacob. Et hoc illis a
me testamentum cum abstulero
peccata eorum. Secundum euangelium
quidem inimici propter uos. Secundum e
lectionem autem karissimi propter patres. Si
ne penitentia enim sunt dona
et uocatio dei. Sicut enim aliquando et
uos non credidistis deo. nunc au
tem misericordiam consecuti estis
propter illorum incredulitatem. Ita
et isti nunc non crediderunt in uestram
misericordiam. ut et ipsi mise
ricordiam consequantur. Conclusit
enim deus omnia in incredulita
te. ut omnium misereatur. O alti
tudo diuitiarum sapientie et sci
entie dei. quam incomprehensibilia
sunt iudicia eius. et inuestiga
biles uie eius. Quis enim cognouit
sensum domini. aut quis consiliarius
eius fuit. aut quis prior dedit
illi et retribuetur ei. quoniam ex ipso
et per ipsum et in ipso sunt omnia.

Ipsi gloria in secula seculorum amen.
Obsecro uos itaque per misericordiam XII
dei ut exhibeatis corpora uestra
hostiam uiuentem sanctam deo placen
tem. rationabile obsequium ues
trum. Et nolite conformari huic se
culo. sed reformamini in nouita
te sensus uestri. ut probetis que sit
uoluntas dei bona. et bene placens
et perfecta. Dico enim per gratiam que
data est michi omnibus qui sunt
inter uos. non plus sapere quam o
portet sapere. sed sapere ad sobri
etatem. Et unicuique sicut deus di
uisit mensuram fidei. Sicut enim
in uno corpore multa membra habemus
omnia autem membra non eundem
actum habent. ita multi unum cor
pus sumus in christo. Singuli autem
alter alterius membra. Habentes
autem donationes secundum gratiam
que data est nobis differentes.
Siue prophetiam secundum rationem
fidei. Siue ministerium in ministran
do. siue qui docet in doctrina. Qui
exhortatur in exhortando. qui tri
buit in simplicitate. qui preest
in sollicitudine. qui miseretur in
hylaritate. Dilectio sine simula
tione. Odientes malum. adheren
tes bono. Caritatem fraternitatis
inuicem diligentes. Honore in
uicem preuenientes. Sollicitudi
ne non pigri. Spiritu feruentes.

domino servientes. spe gaudentes. in
tribulatione patientes. orationi
instantes. necessitatibus sanctorum com-
municantes. hospitalitatem sec-
tantes. Benedicite persequentibus
vos. benedicite et nolite maledicere.
Gaudere cum gaudentibus. flere
cum flentibus. Id ipsum invicem senti-
entes. Non alta sapientes. sed hu-
milibus consentientes. Nolite esse (Dominica iii post Epiphaniam)
prudentes apud vos metipsos. nul-
li malum pro malo reddentes. pro-
videntes bona. non tantum coram deo.
sed etiam coram omnibus hominibus.
(Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus) pacem habentes. non vos met ipsos
defendentes karissimi. sed date locum ire.
Scriptum est enim. michi vindictam
et ego retribuam dicit dominus. Sed si e-
surierit inimicus tuus ciba illum.
Si sitit. potum da illi. Hoc autem
faciens carbones ignis congeres
super caput eius. Noli vinci a ma-
lo. sed vince in bono malum.

XIII Omnis anima potestatibus sublimiori-
bus subdita sit. Non est enim potes-
tas nisi a deo. Que autem sunt
a deo ordinata sunt. Itaque qui resis-
tit potestati dei ordinationi resis-
tit. Qui autem resistunt. ipsi sibi
dampnationem acquirunt. Nam
principes non sunt timori boni
operis sed mali. Vis autem non timere
potestatem. bonum fac. et habebis
laudem ex illa. Dei enim minister
est tibi in bonum. Si autem malum
feceris. time. Non enim sine causa
gladium portat. Dei enim minister
est vindex in iram ei qui malum agit.
Ideo necessitati subditi estote. non
solum propter iram. sed et propter
conscientiam. Ideo enim et tributa
prestatis. ministri enim dei sunt.
in hoc ipsum servientes. Reddi-
te ergo omnibus debita. Cui tribu-
tum tributum. cui vectigal vecti-
gal. Cui timorem timorem. Cui ho-
norem honorem. Nemini quicquam
debeatis. nisi ut invicem diligatis.
Qui enim diligit proximum legem
implevit. Nam non adulterabis.
non occides. non furaberis. non
falsum testimonium dices. non con-
cupisces. et si quod est aliud man- [illegible]
datum in hoc verbo instauratur.
Diliges proximum tuum sicut te
ipsum. Dilectio proximi malum
non operatur. Plenitudo ergo le-
gis est dilectio. Et hoc scientes quia (Dominica prima adventus)
hora est iam nos de sompno sur-
gere. Nunc enim propior est nostra
salus quam cum credidimus. Nox pre-
cessit. dies autem appropinquavit.
Abiciamus ergo opera tenebrarum.
et induamur arma lucis. sic-
ut in die honeste ambulemus. Non
in commessationibus et ebrietatibus.
non in cubilibus et impudicitiis.
non in contentione et emulatione.

sed induimini dn̄m ihm xp̄m: ⁊ car
nis curam ne feceritis ī desideriis.
XIIII Infirmū autē in fide adsumite.
non in disceptationibꝫ cogitatio
num. Alius enī credit mandu
care se omnia. q̄ autem infirmꝰ
est olus manducet. Is qui man
ducat non manducantē ñ sper
nat. Et qui non manducat mā
ducantē non iudicet. Deus enī
illum assumpsit. Tu qui es qui
iudicēs alienū seruū. Suo dn̄o
stat aut cadit. Stabit autē. Po
tens est enim deus statuere illū.
Nam alius iudicat diem int̄ di
em. alius omnē diē iudicat. Er
go unus quisqꝫ in suo sensu ha
bundet. Qui sapit diem dn̄o sap̄.
et qui manducat: dn̄o mādu
cat. gr̄as enim agit deo. ⁊ qui ñ
manducat: dn̄o nō manducat.
⁊ gr̄as agit deo. Nemo enī nr̄m
sibi uiuit. ⁊ nemo s̄ morit̄. Si
ue enī uiuim̄ dn̄o uiuim̄. siue
morim̄ dn̄o morim̄. Siue ergo
uiuimus siue morim̄: dn̄i su
mus. In hoc enī xp̄c mortuus est
⁊ resurrexit: ut ⁊ mortuor̄ ⁊ ui
uorum dn̄et̄. Tu autē q̄d iudi
cas fr̄em tuū? Omnes enī stabi
ante tribunal dei. Scriptū ē eī.
Viuo ego dicit dn̄s. q̄m michi
flectet̄ omne genu. ⁊ omnis lin
gua confitebī deo. Itaqꝫ unusq̄

[left margin: aut tu qua / re spernis fra / trem tuū &c.]

quisqꝫ nr̄m pro se rationē reddi
deo. Nō ergo amplius inuicē iu
dicemus. Sꝫ h̄ iudicate mag̃. ne
ponatis offendiculū frat̄ ul̄ sca
dalum. Scio ⁊ confido in dn̄o ih̄u.
q̄ nich̄ cōmune per ipm̄ nisi ei
qui existimat quid cōmune ee.
illi commune est. Si enī p̄p cibū
frater tuus contristat̄. iam non
scdm̄ karitatem ambulas. Noli
cibo tuo illū perdere pro q̄ xp̄c
mortuus est. Non ergo blasphe
metur bonū nr̄m. Non est enī regnū
dei esca uel potus. sꝫ iustitia ⁊ pax
⁊ gaudiū in spiritu scō. Qui enī ī
hoc seruit xp̄o placet deo. ⁊ p̄batus
est hominibꝫ. Itaqꝫ que pacis sūt
sectemur. ⁊ que edificationis sūt
inuicē custodiamus. Noli p̄p escā
destruere opus dei. Omnia quidē
munda sunt. sꝫ malū ē homini
qui per offendiculū manducat.
Bonū est homini nō manducare
carnē. ⁊ nō bibere uinū. neqꝫ ī q̄
frater tuus offendit̄. aut scanda
lizatur. aut infirmat̄. Tu fidē
h̄s penes temetipm̄ habe corā dō.
Beatus qui non iudicat semet
ipm̄ in eo quod probat. Qui autē
discernit si manducauerit dap
natus est. q̄ nō ex fide. Omne autē
quod non est ex fide peccm̄ est.
Debemus autē nos firmiores ī XV
becillitates infirmorū sustinere.

et non nobis placere. Unusquisque vestrum pro-
ximo suo placeat in bonum ad e-
dificationem. Etenim Christus non sibi pla-
cuit. Sed sicut scriptum est. Impro-
peria improperantium tibi ceciderunt
super me. Quecumque enim scripta sunt
ad nostram doctrinam scripta sunt. ut
per patientiam et consolationem scripturarum
spem habeamus. Deus autem patien-
tie et solatii det vobis idipsum sapere
in alterutrum secundum Ihesum Christum. ut
unanimes uno ore honorifice-
tis deum et patrem domini nostri Ihesu Christi.
Propter quod suscipite invicem.
sicut et Christus suscepit vos in hono-
rem dei. Dico enim Christum Ihesum ministrum
fuisse circumcisionis pro veritate
dei. ad confirmandas promissi-
ones patrum. Gentes autem super misericordia ho-
norare deum sicut scriptum est. Propter
hoc confitebor tibi in gentibus et nomini
tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini
gentes cum plebe eius. Et iterum. Lauda-
te omnes gentes dominum. et magni-
ficate eum omnes populi. Et rur-
sum Ysaias ait. Erit radix iesse.
et qui exsurget regere gentes. in eum
gentes sperabunt. Deus autem
spei repleat vos omni gaudio
et pace in credendo. ut habundetis
in spe et in virtute spiritus sancti. Certus
sum autem fratres mei et ipse de vobis.
quoniam et ipsi pleni estis dilectione.
repleti omni scientia. ita ut pos-

sitis alterutrum monere. Auda-
cius autem scripsi vobis fratres ex parte
tamquam in memoriam vos reducens. propter
gratiam que data est michi a deo
ut sim minister Ihesu Christi in gentibus.
sanctificans evangelium dei ut fiat
oblatio gentium accepta. et sanctificata
in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo
Ihesu ad deum. Non enim audeo ad
loqui eorum que per me non efficit Christus.
in obedientiam gentium. in virtute
signorum et prodigiorum in virtute
spiritus sancti. ita ut ab Ierusalem per circuitum
usque ad Illiricum repleverim evan-
gelium Christi. Sic autem hoc predicavi
evangelium. non ubi nominatus est Christus.
ne super alienum fundamentum edi-
ficarem. sed sicut scriptum est. Quibus
non est annuntiatum de eo videbunt.
et qui non audierunt intelligent.
Propter quod impediebar plu-
rimum venire ad vos. Nunc autem
ulterius locum non habens in his
regionibus. cupiditatem autem habens
veniendi ad vos ex multis iam
precedentibus annis. Cum in Hyspa-
niam proficisci cepero. spero
quod preteriens videam vos. et a
vobis deducar illuc. Si vobis primum
ex parte fruitus fuero. Nunc igitur pro-
ficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Pro-
baverunt enim Macedonia et Acha-
ia collationem aliquam facere in pau-
peres sanctorum qui sunt in Ierusalem. Pla-

Marginal glosses: vestrum; Circumcisionis .i. predicationis iudeorum; Gentes; Domine; gentes; ego; et fratres; quoniam; de eo; et prohibitus sum usque adhuc

cuit eis et debitores sunt eorum.
Nam si spiritualium eorum participes
facti sunt gentiles, debent et in car-
nalibus ministrare eis. Hoc ergo cum
consummavero et assignavero eis
fructum hunc, proficiscar per vos
in Hispaniam. Scio autem quoniam
veniens ad vos in habundantia
benedictionis Christi veniam. Obsecro
ergo vos fratres per dominum nostrum Ihesum Christum
et per caritatem Spiritus Sancti ut adiuve-
tis me in orationibus pro me ad
deum, ut liberer ab infidelibus qui
sunt in Iudea, et obsequii mei ob-
latio accepta fiat in Ierusalem sanctis,
ut veniam ad vos in gaudio per vo-
luntatem dei et refrigerer vobiscum.
Deus autem pacis sit cum omnibus
vobis amen.

XVI Commendo autem vobis Phebem soro-
rem nostram que est in ministerio ecclesie
que est in Cenchris, ut eam susci-
piatis in domino digne sanctis, et assi-
statis ei in quocumque negotio vestri
indiguerit. Etenim ipsa quoque adsti-
tit multis et michi ipsi. Saluta-
te Priscam et Aquilam adiutores
meos in Christo Ihesu, qui pro anima
mea cervices suas supposuerunt.
Quibus non solus gratias ego ago, sed
et cuncte ecclesie gentium, et domesti-
cam eorum ecclesiam. Salutate Ephe-
netum dilectum mihi, qui est primitivus
Asie in Christo. Salutate Mariam que
multum laboravit in vobis. Salutate
Andronicum et Iuliam cognatos et con-
captivos meos, qui sunt nobiles
in apostolis, qui et ante me fuerunt
in Christo. Salutate Ampliatum dilec-
tissimum michi in Christo. Salutate
Urbanum adiutorem nostrum in Christo et
Stachyn dilectissimum meum. Salu-
tate Apellen probum in Christo. Sa-
lutate eos qui sunt ex Aristobuli
domo. Salutate Herodionem cognatum
meum. Salutate eos qui sunt ex
Narcissi domo, qui sunt in domino. Sa-
lutate Tryfenam et Trifosam, que labo-
rant in domino. Salutate Persidam
karissimam, que multum laboravit
in domino. Salutate Rufum electum in do-
mino, et matrem eius et meam.
Salutate Asincretum, Flegontam, Her-
men, Patrobam, Hermam, et qui sunt cum
eis fratres. Salutate Filologum et
Iuliam, Nereum et sororem eius, et Olimpi-
adem, et omnes qui cum eis sunt fratres.
Salutate invicem in osculo sancto. Sa-
lutant vos omnes ecclesie Christi. Rogo
autem vos fratres ut observetis eos
qui dissensiones et offendicula
preter doctrinam quam vos didici-
stis faciunt, et declinate ab illis.
Huiusmodi enim Christo domino nostro non
serviunt, sed suo ventri, et per dulces ser-
mones et benedictiones seducunt cor-
da innocentium. Vestra enim obedientia
in omnem locum divulgata est. Gau-

gaudeo q in vobis. sz volo vos sap
ientes ee i bono z simplices in malo.
Deus aute pacis conterit satan
sub pedibus vris velociter. gra
dni nri ihu xpi vobiscu. Salu
tat vos tymotheus adiutor ms.
z luci z iason z sosipater cognati
mei. Saluto vos ego tercius q
scripsi epistolam in dno. Salu
tat vos gaius hospes meus. et
universa eccla. Salutat vos era
stus. archarius civitatis z qrt
frater. gra dni nri ihu xpi cum
omnibz vobis am. Ei aut qui po
tens est vos confirmare iuxta e
vangelium meu z pdicatone ihu
xpi scdm revelatione misterii
tepibz eternis taciti quod nunc
patefactu est p scripturas proppha
tum scdm preceptu eterni dei ad o
beditione fidei i cunctis gentibus
cogniti soli sapienti deo p ihm xpm
cui honor z glia in scla sclor am.

Incipit epistola pauli ad corinthi.

Paulus apls voca
tus xpi ihu p volu
tatem dei z sosten
es frater eccle dei q
est corinthi scificatis in xpo ihu
vocatis scis cu omnibz qui invo
cant nom dni nri ihu xpi in oi
loco ipsorum z nro. Gra vob z par
a deo patre nro z dno ihu xpo. Gras
ago deo meo sp pro vobis in gra

dei que data est vobis in xpo ihu.
quia in omnibz divites facti estis in
illo. in omni verbo z in oi scia. si
cut testimoniu xpi confirmatu
est in vobis. ita ut nichil vob desit
in ulla gra. expectantibz revela
tionem dni nri ihu xpi. q z con
firmabit vos usq in fine sine
crimine in die adventus dni nri
ihu xpi. Fidelis deus p que voca
ti estis in societate filii eius ihu
xpi dni nri. Obsecro aute vos fra
tres p nom dni nri ihu xpi. ut id
ipm dicatis omnes z no sint in
vobis scismata. Sitis aut pfci
in eodem sensu z in eadem sciencia.
Significatum est enim m de vob
fratres mei ab his qui sut clo
es. qr contentiones sunt inter
vos. Hoc aut dico q unusqsq
vrm dicit. Ego quide su pauli.
ego autem apollo. ego vero ce
phe. ego autem xpi. Divisus est
xps. Numqd paulus crucifixus
est pro vobis. aut in nomine
pauli baptizati estis. Gras ago
deo meo q neminem vrm baptizavi
aut z stephane domum. Ceteru
nescio si quem aliu baptizave
rim. No enim misit me xps bap
tizare sz evangelizare. non in sa
piencia verbi ut non evacuet
crux xpi. Verbum enim crucis p
euntibz quidem stulticia est. hijs

nisi crispu z gaium ne qs dicat q i noie meo baptizati estis. baptizavi